Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pu in iudicio: neq; peccatores in consilio iu-
storum. Quoniam nouit dominus uiam
iustorum: et iter impiorum peribit. P-s.
QVare fremuerunt gentes: et ppli
meditati sunt inania? Astiterunt
reges terre: et principes conuenerunt
in unum: aduersus dominum: et
aduersus xpistum eius. Dirumpamus
iuncula eorum: et proiciamus a nobis
iugum ipsorum. Qui habitat in celis irri-
debit eos: et dominus subsannabit eos. Tunc
loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo con-
turbabit eos. Ego autem constitutus sum
rex ab eo super syon montem sanctum eius:
predicans preceptum eius. Dominus di-
xit ad me filius meus es tu: ego hodie ge-
nui te. Postula a me et dabo tibi gentes
hereditatem tuam: et possessionem tuam ter-
minos terre. Reges eos in uirga ferrea:
et tanquam uas figuli confringes eos.